



**R. P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère <1543-1623>

Mogvntiæ, 1617

Cap. 22. De superbiæ speciebus ac filiabus,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78477](#)

referendo actu vel habitu infera tamen exclusis à tali complacencia iis quibus Dei perfectioni derogatur: qualia sunt, velle seu desiderare excellentiam habere à se, aut id ipsum existimari ab aliis, aut dolere de contrario, aut etiam impie se preferre aut à quaerare Deo. In secundo genere vero, cum quis desiderat excellere præ aliis sine cuiusquam contemplatione aut infamia, aliaque notabili iniuria. In tertio demum genere, cum quis desiderat excellentiam immeritam, non tamen contra voluntatem Dei: ut faceret ille qui excellentiam suam sic appetaret, ut eius causa mortaliter peccare potius (quod est contra Dei voluntatem) quam ab eadem excellentia excidere. Addit D. Thomas in sequen. art. sexto, superbia messe grauiissimum peccatorum, non quidem quod nullum detur grauius: nam odiu Dei esse illa grauius, dubium non est. Sed quod pertineat ad genus peccatorum grauiissimum, *cum fuerit completa*, excludens omnem humilitatem & subiectiōm: prout contingit cum quis tantopere effert se ut ne quidem Deo & legi diuinæ velit esse subiectus: prout contingit diabolus, & nonnullis pessimis hominibus, qui ex amore peruersæ excellentiæ affectantes liberi plane, sive, iuris omnino esse, suam voluntatem auerunt à Dei subiectiōne & obediēt atq; regimine: tanquam nolentes illum habere superiorē & rectōrem. Quod etiam ipsis interdum contingit ex ira, vel odio in Deum. In ceteris autem superbia cenletur incompleta hoc nomine, quod quasi dñi ipsi volunt manere Deo subiecti, retineant aliquid humilitatis: hacque ratione superbia potest capax esse illius levitatis, ex qua diximus ipsam à mortali exculari: non item priore illa: quam patet esse non posse absque graui Dei in iuria. Remedia contra tale pernicioſissimum peccatum iam alias tradidimus: vt & rationem exercendi humilitatem saluberrimam virtutem: nempe in lib. 2. præced. num. 175. & aliquot sequentibus.

C A P . XXII.

De superbia species ac filiabus.

S V M M A R I A .

- 208 Superbia species quatuor.
- 209 Eiusdem filie duodecim.
- 210 Quid sit presumptio humilitati opposita, & in quibus casibus sit peccatum mortale.
- 211 Quid sit ambitio, & quando ea iudicari debeat peccatum esse mortale.
- 212 Quid sit vanæ gloria: & casus in quibus peccatum est mortale.
- 213 Quid sit hypocrisis, & quando peccatum sit mortale.
- 214 Quid sit iactantia, & quando sit peccatum mortale.
- 215 Quid sit pertinacia, & quando peccatum sit mortale.
- 216 Quid sit curiositas, & quibus modis ea contingat, & sit peccatum mortale.

SPECIES superbiæ sic Toletus paucis in tract. de peccatis capitalib. cap. 4. commemorat. Prima est, cum quis sic appetit suam excellentiam, ut bonum quod ab altero habet sibi tribuat, ac si esset à se: aut etiam dolet, nec vult existimari scilicet habere ab alio. Qua superbiæ specie peccatur quatuor modis. Primo, cum quis in sua existimatione & iudicio, & id quod ab alio habet tribuit sibi potius, quam à quo reuera habet: vt cum discipulus scientiam quam à magistro didicit, non ei, sed existimat ingenij sui excellentiam tribuit. Secundo modo, cum vult idem quoq; ab aliis existimari, nēpē se habere à se suam scientiam, quam vere à magistro habet. Tertio, cum vult id opere monstrare, seu cum gerit se, ac si tale bonum à se haberet. Quarto, cum desiderat ac vellet à se non ab alio tale bonum habere. Addit & cum dolethis contraria se, sive iure, sive in hominum existimatione.

Secunda species superbiæ est; cum quis bonum quod ab alio habet absque vlo suo merito, appetit haberg, ac si ex merito suo datum ei esset. Qua etiam superbiæ specie peccatur: tum ita existimando apud se, tum volendo ab aliis existimari, tum opere ostendendo tale bonum, ac si haberet illud suo merito, tunc etiam absolute tale quid desiderando. Adeo item dolendo rem esse aut existimari prout vere est:

nempe ipsum nullo suo merito habere tñc bonum.

Tertia species est, cum quis in sua vel aliorum opinione vult opere, vel desiderio non tribuere excellentiam, quam non habet, aut dolet de contrario.

Quarta est, cum quis appetit excellentiam supra alios, quos præ se contemnere, vult ab ipsis tanquam excellens trahari. In qua specie, vt in præcedentibus, peruersa celitudo experta potest contingere: tum propria, tum aliorum existimatio: & tum operetur desiderio, ac etiam dolendo de contrario.

Quod attinet ad peccata, quæ ex superbia tanquam ex radice oriuntur illiusq; pindes boles & filia dicuntur. Quamvis ex D. Thom. 2.2. quest. 16. art. 2. omni peccato cōueniat, vt possit ex superbia oriri, duodecim tamen sunt, quibus appellatio ea specialiter tribuitur: nempe inobedientia, contemptus, presumptio, ambitio, vanæ gloria, hypocrisis, iactantia, discordia, curiositas, pertinacia, contentio, & insidilitas. De quibus illud in genere notandum est: quod cum si superbia sit amor excellentiæ, hæc que possit esse tum potest in dignitatem, tum bonitatem seu probi atis & iustitiam: tum etiam sapientiam seu scientiam & prudentiam: quatuor primas versari circa primum genus excellentiæ, quatuor sequentes circa secundum, & quatuor ultimas circa tertium. In particulari vero, quæ ad inobedientiam spectant, vlt intelliguntur ex dicendis in sequenti cap. vlt. De contemptu notata in præced. num. 204. sufficere possunt.

De præsumptione notandum est, dum sicut accipi: uno modo vt opponatur spei: qua receptione egimus de ea in præced. tract. 3. Altero modo vt opponitur humi itati, sicut in spectatur in presentiarum, sicut à D. Thom. 2.2. quest. 130. Definiriq; potest appetitus exhibendi se supra propriam potestatem. Eteram cum homo dicere vel facere vult supra id quod vere potest, perinde ac si vere posset: censetur præsumptuosis. Propriam autem potestatem ex Caer. in summula verbo præsumptio intellige, quam quis sive in seipso sive etiam in alio paratam habet quod etiam possumus per amicos, censemur & per nos ipsos posse.

Consistit vero talis potestas, vel in facultate naturali, vel in aliqua virtute sive iusta, sive acquisita, vel in aliqua arte, vel in gratia gratis data, vel in potestate ordinis, vel in potestate iurisdictionis: supra quarum vnamquamque, aliquid per eam tentare, peccatum est præsumptionis. Quod iudicari debet mortale in tribus casibus. Primitus est, cum habet coniunctum notabile proximi damnum, aut illius periculum; vt cum quis sine debita peritia obit Episcopi vel Parochi vel Confessorij munus: aut ignarus medicinæ, medici officio fungitur: aut ignarus legum patrocinatur: aut nescies Theologicas veritates, concionatur de rebus arduis: aut sine prælio longo studio & Patrum lectio: & interpetatur sacras Scripturas. Secundus est, cum quis usurpat sibi executionem officii publici, sive secularis, sive Ecclesiastici, sine legitima potestate: vt si Sacerdos confessiones audiat sine iurisdictione ordinaria vel delegata. Iudex secularis cognoscat de causis Ecclesiasticis. Tertius est, cum quis exponit se probabili periculo peccandi mortaliter: vt censetur is qui cognoscens se exallocutione seminarium, frequenter labi in peccatum mortale, nihilominus eas alloquitur confusis suis viribus: nō implorato, vt par est, auxilio diuino: nec excitato, vt item par est, non peccandi firmo proposito.

De ambitione de qua D. Thom. 2.2. quest. 131. Notandum est esse, inordinatum appetitum honorum vel dignitatum. De quo quando cōtingat iudicandum est per tradita in præced. lib. 12. cap. 3. & 4. Iudicabitur vero peccarum esse mortale. Primo, si de peccato mortali honor appetatur: vt de eo quod repuges tuo Superiori impudenter. Secundo, si modulus quo honor aut dignitas appetitus, peccatum sit mortale: puta simonia per quam queras Episcopatum; vel homicidium aut bellum iniustum per q; quæ principatum. Tertio, si quis eo sit animo, vt peccatum mortale committere paratus sit ad consequendam dignitatem quam appetit: vt subire onus Episcopale, cum sit eo indignus; indeq; magnum detrimentum accepturus sit populus; & sic de aliis. Quarto, si finem mortalem sibi proponat, vt vindictam de inimico, aut rapinam bonorum alienorum, aut aliud eiusmodi. Reprehenditur hoc genus vitij à Domino nostro Matth. 23. illis verbis:

Amaat

212. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathe- dras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab homi- nibus Rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi, &c.

De vana gloria notandum est, esse inordinatum appeti- tum gloriae: ideoque ab ambitione tantum differre, quod pro- obiecto habeat gloriam seu famam cum laude coniunctam; & ambitio habeat honorem seu reverentiam exhibita in ali- cuius testimonium excellentia ipsius: maxime autem vir- tutum. Casus vero, in quibus vana gloria peccatum est mor- tale, coincidunt cum proxime precedentibus. Primus e- stum est, cum de peccato mortaliter gloria appetitus, ut de ma- gia, de adulterio, de homicidio, & alijs: de quibus factis qui gloriatur tanquam approbatione per perpetrationem, con- trahit eorum malitiam. Non vero, si gloriaretur tan- sum de modo animoso & industrioso perpetrationis, inter- ea detestando gratitatem in facti. Secundus est, tam me- dium quo queritur gloria, peccatum est mortale: ut adul- lum. Tertius, cum paratus est peccare mortaler, ne populi laudem & gloriam amittat: quales fuerunt ille de qui- bus Ioann. 12. dicitur, Dilexerunt magis gloriam hominum quam gloriam Dei] & esse censendus est quisquis ob eandem causam non vult reuocare errorem perniciosum, quem docuit, ne clara sui nominis fama obscuraretur. Quartus et, cum quis gloriatur appetit in finem mortalem; ut ad haben- tam occasionem forniciandi: vel in notabile datum proximi: ut si medicus ne populi amittat laudem, nolit so- cium adhibere in morte periculoso, quem nequit bene co- gnoscere.

Quod attinet ad hyscristum, ea definiri potest, simulatio virtutis seu sanctitatis: hoc est factum, quo quis merititur se virtutem seu sanctitatem habere quam non habet. Cuius duo sunt modi: unus, quo quis nolens seu contemnens virtutem & sanctitatem, apparere vult eam habere. Quale quid con-tingit iis, qui cum exterius rident Catholicos boni & pii, interiorius Catholicam religionem nihil faciunt.

Alter est, quo non habet virtutem, apparere vult habe- re eam, similique vult contrarium vitium, vt qui curat apparere castus cum sit animo impudicus. Ceterum semper est peccatum, saltum veniale, cum sin quodcum mendacium, fa- si. De ea vero ut de precedentibus, certum est peccatum es- se mortale, quando habet coniunctum propositum trans- grediendi preceptum obligans sub mortali: ut contingit in haeretico, qui simulando se sanctum & doctorem veritatis, seminat falsam doctrinam. De quo genere hominum mon- net Dominus Matth. 7. Attendite a falsis Prophetis qui ve- niunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces.] Item cum habet coniunctum notabile dam- num proximi, ut cum Medicus, vel Patronus se doctum mulat cum nosibili dano eorum, qui opera ipsorum vtn- tur. Ac domum cum refertur in finem mortaliter malum: ut cum quis se castum simulat, ut ei committatur puerula qua- abuti statuit.

214. De iactantia notandum est cum Toledo in citato tractat. cap. 8. eam descripsi posse; quod sit inordinate facta mani- festatio propria excellentiae, supra id quod ea in se est, aut in hominum existimatione. Quod ultimum additur, quia peccatum est iactantia, ho- ninem se inordinate laudare, non modo excellens non est in se: sed etiam cum est qui- dem excellens in se, non existimatur tamen talis ab aliis. Nam & tunc iactare se, nisi bono aliquo fine exigente id fia, ineptum est: adeo ut ipse iactans, risu excipi ferre soleat. Censenda est autem iactantia peccatum mortale in quinq; casibus, ut ex D. Thoma 2.2 qu. 112. art. 2. colligi Caletanus. Primus est, si quis se iactet cum iniuria Dei, tribuendo sibi quod Dei est, ut rex ille Tyri, qui ex Ezechiele cap. 18. dicebat, Deus ego sum. Secundus est, si quis se iactet cum iniuria proximi: ut Pharisæus Luc. 18. dicens, Non sum sic ut ceteri ho- minum raptore, iniusti, austeri, velut etiam hic publicanus. Tertius est, si procedat ex superbia mortali, ut cum quis glo- riatur de donis diuina liberalitate acceptis, tanquam illis se dignis.

Quartus, quando iactat se cum intentione nocendi pro- ximo: aut cum periculo aperto ei nocendi; ut accidit ei qui falso prædictat se Medicum insignem, aut Aduocatum, aut in aliqua arte insigniter peritum ad emungendas pecunias.

Quiatus est, si quis adeo delectetur iactantia, ut tanquam constitutus finem in ea, nihil curat de præceptis Dei; ut suū in se iactando desiderium explicat. De eo qui iactat se de ali- quo suo opere mortifero distingendum est: ut si id faciat approbando, peccet mortaliter censensi in opus mortiferum: non item si solum narret illud, ut appareat ipsius dexteritas, ingenium, virilitas absque approbatione ciuidem operis.

De discordia & de contentione, iam dictum est in fine precedentibus cap. 12. ut & de infidelitate, in capit. 3. & se- quent.

215. De pertinacia contenti quoque erimus paucis notare, quod ea sit adhæsio animi in propria sententia, tenacior quam esse debet, spectatis præfertim argumentis, in qui- bus fundatur, non omnino firmis. Eta autem peccatum mortale, in rebus quæ facta secundum tam sententiam, sunt contra Dei honorem. Quædatione peccat mortaliter, si qui non vult mutare falsam religionem quam semel suscepit, ne videatur inconstans. Itemq; in rebus quæ vergunt in graue proximi detrimentum. Quæ ratione mortaliter pec- cat Princeps, qui nullo modo vult reuocare suam legem, quam usus ostendit esse populo perniciosa. Ceterum maxime periculosa est pertinacia: tum in Theologia pra- etica: tum in medicina: tum etiam suo modo in iurispruden- tia.

216. De curiositate demum restat notandum primo, eam ge- neraliter dici de quaunque superflua diligentia, exhibita circa res inutiles cognoscendas vel efficiendas vel compa- randas. Sic enim quis curiosus dicitur esse in vestibus, in su- pellectili, in rebus peregrinis conquisendis, &c. Specialiter vero dici de inordinato, seu rationis limites excedente, ap- petitu cognoscendi: sicut gula de inordinato appetitu edendi. Quomodo hic sumitur, locumq; habet non tantum in in- tellectu, sed etiam in sensuum notitia: cum nimirum quis appetit videre, audire, olfacere, gustare, aut tangere ea, quo- rum notitia nihil ad ipsum attinet: atq; appetit cognoscendi ac discernendi tantum causa. Quod addo, quia vius sensuum ad curiositatem pertinet solum prout ordinatur ad nudam notitiam & discretionem sensibilium. Nudam dico; quia cum aliud per eam queritur, ut voluptas, quam res curiose inspecta adferit: inde tanquam ex fine, vel obiecto accipit nouam speciem auctio moralis.

Notandum est secundo, quando contingat eadem curio- sitas iudicari posse, tum ex parte subiecti, tum ex parte obie- cti, tum ex parte finis, tum etiam ex parte circumstantiarum. Atque ex parte subiecti contingit, cum homo vult scire quæ ad ipsum non pertinent: & ita curiosus censetur Religiosus, qui appetit manifestari sibi militaria negotia, aut alia facularia: nisi Dei honor aut proximi utilitas tale quid fieri exigit. Item cum homo appetit scire quæ supererant captum ipsius, & contingit volenti scutari ingenio suo mysteria fidei, & de il- lis ita iudicium ferre, ut nihil velit credere nisi quod depre- henderit conforme suis fantasij. A qua curiositate reuocat Sapiens Ecclesiasticus, dicens, Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit Deus cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus.] Reuocat etiam Apostolus ad Rom. 11. præcipiens non plus sapere quam oportet, sed sapere ad sobrietatem: & vnicuiq; sicut Deus dimisit mensuram fidei.] Reuocat & ratio, cum constet Deum lucem inhabitare inaccessibilem: ac proinde is qui iuratur est maiestatis, opprimetur à gloria ex cap. 25. Proverb.

Ex parte obiecti vero curiositas contingit primo, cum res quæ desiderantur sciri, inutiles sunt, seu nihil faciunt ad propriam vel proximi utilitatem: aut Dei honorem. Quæ ratione cognitionis nostra, quæ in sola speculatione manet, nec adhibetur ad vitæ necessaria, aut ad virtutem capes- sendum: aut ad Deum cognoscendum & colendum, rationem habet curiositatis tunc maxime vitiosæ, sum talis cognitionis appetitus & queritur, ac si magna ex parte felicitas hu- mana consideret in ea: aut ita, ut rerum ad salutem pertinen- tium cognitionis, & cura negligatur.

Ceterum tam de huius, quam precedentis modi curio- sitate, quale peccatum sit, mortalene an tantum veniale, iudicandum est ex iniuria, quam quis per eam censetur

inferre sive Deo, sive proximo, sive sibi met. Si enim arbitrio prudentis haec fuerit notabilis, illa censetur peccatum mortale: alias, minime. Contingit secundo ex parte obiecti curiositas, cum res scita, occasio est probabilis peccandi: quod peccatum erit mortale, si mortale fuerit illud cuius probabili periculo se quis exponit. Sic qui nouit se procluem ad luxuriam, curiose puellas tripudiantes intuetur; aut libros de rebus amatorij curiose legit, peccat mortaliter tanquam exponens se probabili periculo peccati mortalis. Contingit eadem tercio, si sit de rebus quarum cognitio prohibetur: sic enim peccare censentur qui addiscunt curiosas: prout Act. 19. appellantur: specialiter autem res magicas tanquam plena supereracaneis curis ac vanis imaginationibus. Item qui libros prohibitos legunt, aut qui duella vel ludos veritos spectant: aut ea que dicuntur in confessione audierit absque consensu penitenti. Peccant autem mortaliter quando sub mortali prohibita est cognitio eorum, que ipsi cognoscere appetunt.

Ex parte porro finis, curiositate inordinatam esse contingit, cum cognitio appetitur ad perpetrationem peccati: quod si sit mortale, erit etiam illam mortalis: ut cum quis appetit defectus alterius cognoscere ut infameret ipsum. Contingit denique ex parte circumstantiarum: tum quando vteretur quis arte daemonis ad comparandam cognitionem: tum quando alium induceret ad peccandum mortaliter: ut si vellet scire ab eo illud quod sub mortali tenetur seruare secretum ratione iuramenti vel ratione penae excommunicationis impolitus reuelanti: tum etiam in qua deinde sic se occuparet in adiungendis non necessariis, ut omittaret adimplitionem pracepti obligantis ipsum sub mortali: quale est de audienda Missa in die festo: aut daret alijs graue scandalum, ut accidere potest sacerdoti vacanti studio rerum a suo statu alienarum: & interea ignorans quae sunt eiusdem status propria. Atque de curiositate huiusmodi sitne peccatum mortale an solummodo veniale, eadem ratione iudicandum est, quae de curiositate primi & secundi modi ante traditum est iudicandum esse.

C A P . XXIII De timore Dei & vitiis contrariis.

S V M M A R I V M .

- 217 Definition timoris Dei, ac quinq; actus appellati eodem timori Dei nomine.
- 218 Quis dicitur amor mundanus, & quod is sit peccatum mortale in tribus casibus.
- 219 Amor mundanus rei licite ex sola intentione actus non efficitur mortalis.
- 220 Aliquot casus in quibus ex accidenti censetur peccatum mortale.
- 221 Timor malus quid, & quatuorplex sit.
- 222 Quando timor, non malus sed bonae, censeri posset.
- 223 Malus, est peccatum mortale in tribus casibus.
- 224 Ex timore malo transgressus preceptum, quod obserua & tenetur, aggranat suum peccatum secus sicut ex aliis malis circumstantijs.
- 225 Tentatio Dei opponitur diversis virtutibus.
- 226 Quedam est expressa, quedam tacita.
- 227 Quando sit & quanto non sit peccatum mortale.
- 228 Duo casus in quibus non est peccatum.
- 229 Prudentia seruanda in ptenso miraculum a Deo.

Merito prius de timore Dei quam de obedientia dicitur, propter coniunctionem quam habet cum fide & spe primo loco expositis. Nam ex fide ortum habet, sicut & pes, cum quaevis contenit, quod circa futura per fidem proposita, veretur: et si cum hoc discrimine, quod spes sit bonorum quibus homines excitantur ad virtutem; & Dei timor sit malorum quibus reuocantur a peccato. Solet autem timor sumi tripliciter apud Theologos, prime, pro passione consistente in fuga mali futuri, apprehensi sensu vel intellectu: in qua acceptione consideratur a D. Thom. 1. 2. quæst. 41. 42. & 43. Deinde pro virtute quae est circa Deum, de qua v. valde

coniuncta cum spe, D. quæst. 19. Postremo, pro uno ex donis Spiritus sancti, de quo idem adhuc agit ibidem art. 9. Atque in presentiarum occurrat considerandus acceptio secunda. Primo vero loco, dicendum est quid sit: deinde; sigillatum de vii illi oppositis dicendum: quae sint amor mundanus, timor malus, & tentatio Dei.

De ipso timore Dei.

S E C T I O . I.

ATque ad primum accedamus: Timor Dei definiri potest: virtus qua timetur tum malum peccatum, & cum eo Deus, tanquam a quo ipsum infligi potest: tum etiam malum culpa, & cum eo, tam ipsum qui timet, tanquam a quo principaliter, quam alii homines tanquam a quibus minus principaliiter & occasionaliter, idem malum provenire potest. Qui definitioni congruerent, quinque actus distinguuntur eiusdem virtutis, appellati ipso timoris nomine. Primus, dicitur timor criminalis, quo quis timet malum culpam, & simul scipsum quatenus ipse est ille a quo sibi idemmet malum inferri potest. Secundus dicitur seruile, quo quis (ad instar seruorum) vellet, qui verberum formidet, non ob oīs: quoniam dominus regnat: pœna sit temporalem sicut æternam, a Deo iudice infligendam: easq; de causa abstinet a culpa, & de ea dolet si commisit. Tertius dicitur initialis, quo quis partim ob culpam timet, partim ob pœnam, partim ex amore, seu ex inchoata charitate quae nondum est perfecta, ita ut necedat foras mittat timorem seruilem, quod proprium est perfectæ charitatis: dicente D. Ioann. in 1. sua Canonica cap. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem.] Vnde sumptam esse ipsam timoris initialis appellationem habetur ex D. Thoma in cit. quæst. 19. art. 8.

Quartus timor dicitur filialis, quo quis magis timet culparum tanquam Dei communis parentis amantissimi offendam, quam pœnam: ad instar nimirum boni filii, omnino timentis patri disperdere. Quintus dicitur reverentialis, quo quis considerans sumnam maiestatem Dei & propriam vitalitatem horret tanquam summum malum, se comparare Deo. Quos omnes esse de se bonos consentiunt Catholici: quodque haereticis nostris temporis id negat de timore seruile Gregorius à Valentia 2. 2. disput. 2. quæst. 2. puncto tertio bene refutat, & damnatur à Concilio Tridentino. sexta, canone octauo. In quo haerere non est nostri instituti. Eosdem autem timores possumus inter se distinguere, quod timor criminalis pro obiecto habeat propriam imperfectionem & propensionem ad malum: seruile vero habeat pœnam, & initialem culparum: prout separat a Deo, eumque prouocat ad iram, filialis autem habeat culpam, prout est Dei offensa seu iniuria ei illata. Quod attinet ad reverentialem, is non est proprius timor, sed potius pietas & religio erga Deum. Quanquam ut de omnium optimo, & nobis cum beatissimi communis, intelligi potest illud Psal. 18. Timor Domini sanctus, permanens in seculum seculi.

Porro timore Dei quoad actum timendi esse in precepto constat de filiali ex verbis Deuteronomij 10. Quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius & diligas eum, &c.] De seruile vero ex verbis Domini nostri Matth. 10. & Lucas 12. Eum timete, qui postquam occiderit corpus, habet potestatem & corpus & animam perdere in gehennam.] Quorum duorum timorum potissimum ratio habetur in praxi nobis proposita, tanquam annexorum contritioni sacramentali. Nam talis precepti oblationem esse sub mortali, patet ex rei quæ precipit necessitate ad salutem; aperte significata illis verbis Ecclesiastici 1. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari.] Si igitur peccati expulsio ac iustificatione necessaria est ad salutem, ita est & timor, sine quo haec non prouenit.

Si queras pro quibus temporibus obliget tale preceptum: ita ut vi illius compellamus ad eliciendum talis timoris actum. Rependetur, quod cum is actus necessarius sit ad excendum a peccato, & ad iustificationem, ut habetur ex verbis scripturarum relatis: tunc solligationem illius contingere cum ex precepto pœnitentia, tenemur commissa peccata detestari ad remissionem illorum consequendam; nempe in probabili